Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

quod ego uolo: sed quod tu. Et venit: et inuenit eos
eos dormientes. Et ait petro. Simon dormis? nõ
potuisti una hora vigilare? Vigilate et orate ut
non intretis intemptacionẽ. Spiritus quidẽ pron
ptus est caro autem infirma. Et iterũ abiens orauit eũ
dem sermonẽ dicens. Et reuersus de uno: et inuenit
eos dormientes. Erant enim oculi eorũ grauati. Et
ignorabant quid ꝓnderent ei. Et venit tertio et ait
illis. Dormite iam et requiescite. Sufficit. Venit ho
ra ecce filius hominis tradetur in manus peccatorũ
Surgite eamus. Ecce qui me tradet, ppe est. Et adhuc
eo loquente. venit iudas scariothes unus ex duodecim
et cum eo turba multa cum gladiis et lignis missi
a summis sacerdotibus a scribis et a seniorib⁹. Dederat
autem traditor eius signum eis dicens. Quemcũq; osc
ulatus fuero ipse est tenete eum et ducite caute. Et cũ
venisset statim accedens ad eum ait. Rabbi. Et osc
ulatus est eum. At illi manus iniecerunt in eum et te
nuerunt eum. Unus autem quidam de astantib⁹
educens gladium: percussit seruũ summi sacerdotis. et am
putauit illi auriculam. Et respondens ihs ait illis
Tanquam ad latronẽ existis cum gladiis et lignis com
prehendere me. Cotidie apud vos eram docens in tẽ
plo et nõ me tenuistis. Sed ut adimplentur scripture
Tunc discipuli eius relinquentes eum omnes fu
gerunt. Sequebatur autem eum
adolescens quidam sindone sup nudo et tenuerunt eum. At
ille relicta sindone nudus profugit ab eis. Adduxerũt
ihm ad summũ sacerdotem: et conuenerunt omnes sa
cerdotes et scribe et seniores. Petrus autem secutus est